semper in primo Citatorio Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere respondere, vadium vel vadia praefata luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate Regni maiori minorem ... Successorum Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad Munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praetereaque ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Termini nos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel Inplicatis Evasionibus Suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Terrenibus bello Conventioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo aliis quovis ... Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

9/VII Feria Quinta ante Festum Sanctae Margarethae Virginis & Martyris proxima. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

MM. Ossolinscy Coniuges

1961

& G. Mniszek mutuo Reportant.
M Ossolinski Statuet Fratrem

Comparientes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Magnificus Georgius de Tęczyn Ossolinski Capitaneus Lenicouiensis et Alexandra de Belzec Coniuges Legitimi ab una atque Generosus Petrus Paulus a Buzenin Mniszek Notarius Terrestris Premysliensis partibus ab altera, sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse Recognovit. Quia ipsi et quidem suprascriptus Magnificus Capitaneus Lenicouiensis suo et Generosi Stanislai de eadem Tęczyn Ossolinski Fratris sui germani, pro cuius rati habitione cavet et se praesentibus inscribit nomine, sibi mutuo et invicem una Pars alteri ac Posteris utriusque Partis, se, ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus, Intercisam certam inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa contentarum, de Actu et Data infra hic Premysliae die hodierna in Actu contenta confectam et conscriptam manibus sui Recognoscentium propriis ambarum subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadiis, ligamentis, ac nexibus generaliter Universis firmiter tenere, complere, et Generosa Consors cum eiusdem Mariti sui et Tutoris coniugalis personali assistentia consensu ad infrascripta Recognita consentie

1962

exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eius contentis tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo, Idque sub vadio summae Tredecem Millium Florenorum Polonicalium per Partem Parti, cum successoribus utriusque Partis ob non completionem contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Mihi Cominus is idem suprascriptus Magnificus Georgius de Tęczyn Ossolinski Capitaneus Petricoviensis unus Recognoscentium se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus, Summisque pecuniariis quibuslibet habitis et habendis suprascripto Generoso, Petro Paulo a Buzenin Mniszek Notario Terrestri Premisliensi eiusque Posteris, inscribit et obligat praesentibus praefatum Generosum Stanislaum de eadem Tęczyn Ossolinski fratrem suum germanum vel in eventu mortis Successores illius, ad approbandam per ipsos Inscriptionem praesentem Roboratoriam vel aliam similem Ius pro interesse faciendam ad Acta vel aliam quaelibet authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum duodecem Septimanarum adducere et personaliter statuere, ab eoque vel eius Successoribus ut praemissa debite exequantur efficere. Idque sub alio simili et secundo Vadio alterum Tredecem Millium Florenorum Polonicalium per eundem Magnificum Georgium de Tęczyn Ossolinski Capitaneum Petricoviensem vel eius Successores suprascripto Generoso Petro Paulo a Buzenin Mniszek Notario Terrestri Premisliensi vel eius Successoribus, ob non statutionem praefati Generosi Stanislai de Tęczyn Ossolinski

statuendi vel ineuntem mortis Successorum illius ad exequenda praemissa pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua principali ex contentis Inscriptionis praefatae non completa complenda Citata existens memorata Pars una praemissa non tenens sive eius Posteri, ad instantiam Partis alterius praemissa tenentis et complentis, vel illius Successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense, ex tunc recesse suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, vadium vel vadia praefata luere, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad Electorem, vel aliis quibuscunque Dillationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos, Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis Cassationibus, suspensionibus, fatalis Juris praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Itac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante